



# Declaratio Iubilei futuri Romae anno M.D.L.

<https://hdl.handle.net/1874/453036>

2

# DECLA-

RATIO IVBILEI FVTU  
RI ROMAE  
ANNO M. D.

ACCESSIT

MARTINI BORRHAI  
de ortu, natura, usu atq; discrimine eorum  
Iubileorum, quos Deus instituit: quid q;  
inter hos, & falsos ab aduersario con-  
fictos interficit, Explicatio.

Annum quinquagesimum in omnibus fi-  
nib. uestris edito tubæ clangore consecratote  
libertatem q; per regionem omnibus in-  
colis edicitote. Lenit. cap. XXV,

# 聖經新約全書

新約全書

3

R A P H A E L I P A R A V I C I N O  
parenti, optimo Martinus filius.



Ví persequebatur  
nos aliquādo, nūc  
prædicat fidem,  
quam quondā ex-  
expugnabat. Ap-  
positē enim hoc,  
quod Paulus ait de  
se fuisse dīctum, possumus mi Pater  
de nostro Athanasio dicere: is enim  
aliquādo acerrimè persecutus est e-  
am, quā nostra ætate Pater cœlestis  
ostendit Euāgeliū lucem: sed quan-  
do eius bonitatī & clemētiæ uisum  
est, illum ex tenebris atq; hostium  
exercitu euocare, non acquieuit car-  
ni, & sanguini: nec putauit audien-  
das promissiones Satanæ, qui illi o-  
pes mūdi ostentabat: sed omnibus  
repudiatis, & contemptis (quia id  
decuit membrum agere, quod egit  
Christus, qui caput est) exiliūt, at-  
que in castra Domini sui profectus,

a 2 cœpit

4

cœpit intrepidè pro' eius gloria &  
doctrina dīmicare. Incredibile di-  
ctu est, quot se uiglijs & laborib[us]  
is Iesu Christi seruus die noctu[m]  
maceret, & penè conficiat: itaque  
ab eius, qua illum uidemus perpe-  
tuo urī pro gloria Dei, cura & soli-  
citudine discere debemus, quales  
esse debeant hi, qui sunt uocati ad  
ministeriū Euāgeliū. Scio uerò mul-  
ta eius scripta ab eo ipso ad te mis-  
sa peruenisse (nā te ille amat, quod  
ego planē scio, uehemēter) uerūm  
unā cum illis accipe hoc, quod ego  
nunc ad te mitto, de Iubileo Roma-  
no, ab illo nuper edito. Idipsum ali-  
qui fratres primū in Germanicā,  
deinde etiam in Gallicam līnguam  
statim uerterunt. Itaque quum his  
quatuor linguis, Latina, Italica, Ger-  
manica, Gallica, res sit descripta,  
magna Europē pars, breui poter-  
it intelligere, quid 'nam monstri-  
fit hoc Iubileum, quod modō Ro-

mx

5

mæ uiuit, & ostenditur peregrinis.  
Tu mi pater, communicabis hæc ex  
emplaria non modò nostris cognati,  
affinibus, amicis, ciuibus, quos  
scio esse bonos & pios uiros, sed  
omnibus incolis totius nostræ Vul-  
turenæ. Nam pij quidem lætabun-  
tur, ubi uiderint ueram doctrinam  
Dei, & Domini nostri Iesu Christi  
quotidie magis à fecibus & fodi-  
bus purgari, et uindicari: et præser-  
tim ab illis ipsis hominib. qui à no-  
bis paulo ante tātopere dissētiebāt.  
Qui uero ueræ pietatis, & sincerio-  
ris, quā nos profitemur, doctrinæ  
studia nondum gustauerūt, si uo-  
luerint legere, facile intelligent se  
hactenus in tenebris, atque in mul-  
tis illicitis & impijs cultibus uitam  
degisse: quæ una est inter omnes mi-  
serias, & calamitates, quæ possint  
homini contingere, præcipua. Ro-  
gemus Deum Patrem Domini no-  
stri Iesu Christi, ut suo spíritu confir-

a 3 met,

met, quod operatus est in nobis, atque ut alijs etiam hanc iucundissimam Euangelij lucem impertiat.

Basileæ, Kal. Ian. M. D. L.



Elles tu quidem ex me intelligere, quid nam rei sit hoc Iubileum, quod intra paucos dies Romæ celebrabitur? Vnde primum traxerit originem? & quando res fuerit instituta? Nam ex uerbis tuis mihi videor posse comprehendere, tibi esse in animo constitutum, eius rei causa Romam proficisci. Ego uero, pro eo ac potero, tibi que, ut amico integro, debeo, rem uniuersam hoc breui scripto patefaciam. Eam ubi tu probè intellexeris, si firmus adhuc permanebis in eadem sententia, liberum erit institutam professionē suscipere. Bonifacius Pa-  
pa, eius nominis nonus, floruit cir-

citer

7

citer annum Domini millesimum  
& trecentesimum. In huius scili-  
cet præclari pontificis mentem pri-  
mum uenit hæc celebris cogitatio.  
Ante eū post aduentum Christi in  
terras, qui huius fecerit mentionem  
Iubilei, inuenies neminem. Iam il-  
lud in primis diligenter expende,  
quod in præsentí argumento est nō  
leuis momenti: Ecclesiam Christi si  
ne hoc Iubileo, atque adeò sine lu-  
bilei nomine per annos amplius  
mille ac ducētos fuisse. Porrò aut si  
hæc res, uel natura sua est bona, uel  
meritò deberet in Ecclesia Christi  
celebrari, mirandū sanè uideri pos-  
sit, eam esse uel à Petro, uel à Paulo,  
clariss. Ecclesiæ lumenibus præter-  
missam, aut certè inter ducentos &  
quatuor episcopos Romanos ( to-  
tidem enim fuerūt ante Bonifaciū)  
extitisse neminem, qui hoc Iubile-  
um aut uoluerit, aut sciuerit institu-  
ere, Ut autem credas esse uerum,

a 4 hunc

Hunc Bonifacium nonum ante annos ducentos quinquaginta tantum, autorem esse huius illustris institutionis, quibusque modis ac pactionibus efficiā ut tuipse uidere ac iudicare possis, ubi legeris uerba ipsius bulle, quae paulo inferius subscribam. Sed prius quam id facio, intelligere oportet, qualis nam fuerit iste Bonifacius nonus, & quibus morib. acutis virtutibus ornatus. Fuit autem homo ambitiosissimus, crudelis, avarus, sedditiosus, plenus fraudis atque imposturæ, denique sceleratus & nefarius homo, sicut plane constat legenti uitam ipsius. Iste scilicet præclarus vir ausus est, infandū illud facinus perpetrare, & commentum inauditū excogitare, uocis, quasi nocte intempesta de cœlo sonantis, & Celestino Papæ dicentis, ut se papatu abdicaret: qua uoce permotus Celestinus, papatum repudiauit. Huius in locū successit hic noster Bonifacius,

6

faciūs, qui cum esset in dignitate pō-  
tificia constitutus, miserum Celesti-  
num in custodiam tradi iussit, ubi  
dolore animi extinctus est. Habes  
hic specimēn uirtutum istius sancti  
pontificis: nunc audi etiā ipsum lo-  
quentem, et suis uerbis Iubileum fa-  
bricantem. Antiquorum habet fi-  
da relatio, quod accendentibus ad  
honorabilē basilicā principis Apo-  
stolorū de urbe, concessae sunt ma-  
gnæ remissiones, & indulgentiæ.  
Nos igitur, qui iuxta officiū nostri  
debitum, salutē appetimus & pro-  
curamus, libentius singulorum, hu-  
iuscemodi remissiones & indul-  
gentias omnes & singulas ratas, &  
gratas habentes, ipsas autoritate a-  
postolica confirmamus, et etiā in-  
nouamus, & præsentis scripti patro-  
cinio communimus. Ut autem bea-  
tissimi Petrus & Paulus eo ampli-  
us decorētur, quo ipsorum basilicæ  
de urbe deuotius fuerint à fidelib.

a 5 fre-

frequētate, & fideles ipsi spiritualiū  
 largitione munerum ex huiusmo-  
 di frequentatione magis senserint  
 se refertos, nos de omnipotentis  
 Dei misericordia, & eorundē Apo-  
 stolorum eius meritis & autoritate  
 cōfisi, de fratrum nostrorū consi-  
 lio, & apostolicæ plenitudine po-  
 testatis, omnib. in præsentī anno  
 M. C C C. à festo Natiuitatis Do-  
 mini nostri Iesu Christi præterito  
 proximē inchoato, & in quolibet  
 anno centesimo sequuturo ad basi-  
 licas ipsas accendentibus reuerenter,  
 uerē pœnitentibus & confessis, uel  
 qui uerē pœnitebunt & confitebun-  
 tur, in hoc præsentī, & in quolibet  
 centesimo sequuturo annis, non  
 solum plenam, & longiorem, imò  
 plenissimam omnium suorum con-  
 cedemus, & concedimus, ueniam  
 peccatorum: statuentes, ut qui uo-  
 luerint huiusmodi indulgentiæ à  
 nobis concessæ fieri participes, si  
 fue-

II

fuerint ciues Romani, ad minus triginta diebus continuis, seu interpositis, & saltem semel in die: si uero peregrini aut forenses, similiter modo diebus quindecim ad Basilicas easdem accedant. Vnusquisque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficacius consequetur, qui Basilicas ipsas amplius & deuotius frequenterabit.

Expendite quæso serio apud uos, quo modo iste ambitiosus dicat, se instituere Iubilei celebrationem, ut Petrus & Paulus honore afficiantur: ac uelle in ipsa urbe Roma propositam esse plenam, longiorem, et plenissimam peccatorum condonationem: sed non, nisi poenitentibus & confessis ( sic ille loquitur ) quorum qui fuerint ciues Romanii, triginta diebus: exterius uero, quindecim tantum diebus cogantur inuisere templa Petri & Pauli.

Illud

Illud præterea notandum est. Ait  
eum esse consequiturum pleniorē  
& efficaciorem admissorum ueni-  
am, qui frequentius, & maiori cū  
religione inuiserit limina eorundē  
Apostolorū. Iam cum paulo antē af-  
firmauerit plenā, longiorem, & ple-  
niſſimam condonationem esse do-  
natam ihs, qui dieb. quindecim aut  
triginta frequentauerint Apostolo-  
rum templa, quid necessum erat,  
plus quam plenissimam condona-  
tionē ei concedere, qui frequētius  
inuiserit? Quid aliud hoc est, quam  
uanitate uerborum homines iudi-  
ficari? Quasi uero aliquid apponi  
possit ad gradum superlatiūrum, aut  
ulla ratione augeri plenissimam  
delictorum condonationem?

In principio autem istius bullæ  
adscripta est glossa notanda, quam  
uellem omnes inspicere, his uerbis:  
Hæc epistola satis grosse fuit com-  
posita. Appositè sanè dictum. Est  
enim

13

enim hoc Bonifacij factum cūm ab  
surdum, tum etiam impium, nō mo-  
dò in uerbis, sed etiam in reb. ipsis,  
cum promittit, se donaturum ple-  
nissimam delictorum condonatio-  
nem ijs, qui absoluto centum anno-  
rum ambitu redibūt Romam: qua-  
si ille quoque post centum annos  
esset uicturus, ac non potius paulo  
post institutū hoc lūbileum in car-  
cerem concludendus: sicut conclu-  
sus fuit, atque in eadem custodia fa-  
to functus, uti merebatur.

Deinde rogo, quamobrem uolu-  
it ille alligare condonationem pec-  
catorum uni certo loco, quemad-  
modum contrahebant Iudæi ad su-  
um templum Hierosolymitanum:  
aut cur certo & constituto tempo-  
ri centum annorum? Ergo qui ue-  
ra fide in Christū crediderunt, quo  
rum Euangeliū proclamat esse ui-  
tam æternam, nunquam (istius Pa-  
pæ iudicio, & eorum qui illi fidem  
habebūt)

habebūt) plenam atque integrati  
peccatorum ueniam sunt conse-  
quuti, quoniam non fuerunt in ui-  
uis absoluto illo centum annorum  
curriculo, ac proinde Romæ esse  
non potuerunt. Ergo Christus  
quoque ( si quidem constare po-  
test eorum sententia ) mentitus est  
cum dixit: Qui credit in me, habet  
uitam æternam. Iam nunc inquit,  
initium quoddam immortalitatis  
sentire possunt, qui in me credunt,  
plena fiducia.

Rogo item, quomodo salutis suæ  
consuluit numerus penè infinitus  
Christianorū, qui à tempore Chri-  
sti usque ad istum Bonifacium ui-  
guerūt; quomodo cōsequuti sunt  
plenam remissionem peccatorum,  
ac per eam, uitam sempiternam, si  
nullus interim Bonifacius, aut illi  
similis extitit, qui artificio & poten-  
tia sua istiusmodi Iubileum illis &  
inueniret, & concederet;

Sed

Sed persequamur cœptam histo-  
riam, ac uideamus, quando, à qui-  
bus, & quoties istud lubileum fue-  
rit mutatum, uariatum, & in breui  
us tempus redactum.

Antea uero quām expleri uel se-  
mel potuisset inuentum istius sce-  
lerati Bonifacij, hoc est, ante quām  
impleretur numerus centum anno-  
rum, uidelicet, expletis iam annis  
duntaxat quadraginta, extitit Pa-  
pa Clemens sextus, homo rebus  
humanis potius quām diuinis de-  
ditus, cuius in uita non legitur ali-  
ud curasse, quām bella, & magnas  
rerum publicarum perturbatio-  
nes. Hic aliam edidit bullam, in-  
quiens, sibi non reprobari factum  
Bonifacij: multo' que uideri consul-  
tius, si lubileum non centesimo, si-  
cuit alter, sed quinquagesimo quo-  
que anno, sicut ipse iubebat, cele-  
braretur. Quoniam eodem tem-  
pore sciuerat esse in legibus insti-  
tutis que

tutis' que Mosaicis positum, ut libertas captiuis ac debitoribus anno quinquagesimo recurrente ediceretur. Itaque, ut plane ipsi constaret sententia Iudaicæ consuetudini similis, statuit Iubileū quinquagesimo quoque anno Romæ celebrandum.

Sed operæpreciū esse arbitror, nō tare nouos modos & formas istius noui reformatoris : cuius bullam, quoniam nimium est uerboſa, non putauī esse hic adscribendam. Diccam autem summatim, quod in ea continetur. Ait se uelle afficere hoc honore ecclesiam Lateranensem, ut in ea Iubileum celebretur. ( ne quē enim iste quoque aliud curat, quam ut externo aliquo splendore ac pompa ornare possit templū manufactum ) quoniam id templum fuit à Constantino fabricatū, cum opera Syluestri recuperasset à lepro sanitatem: quod ipsum plane scimus

scimus esse fabulosum. Deinde,  
 quoniam iste idem Syluester illud  
 templum consecrauerit, nouo quo  
 dam consecrandi ritu atque unceti-  
 one. Sic enim affirmat, ab hoc Syl-  
 uestro perunctum esse templum,  
 atque initiatum chrismate non ali-  
 ter ac infantes chrismate unguntur  
 in baptismo, aut in ea quam confir-  
 mationem appellant. Quod si hoc  
 uerum est, Sylvestrum fuisse pri-  
 mum, qui post exortum ac promul-  
 gatum euangelium, excitauerit ab  
 inferis ueterem illam Iudæorum cō-  
 suetudinem consecrandi, ungendi  
 atque initiandi templorū ædificia,  
 quod in usu fuisse apud Hebræ-  
 os constat, propter figuræ, quæ  
 istiusmodi ritibus adumbrabantur:  
 qua fronte audent, qui postea se-  
 quuntur sunt pontifices Romani, affir-  
 mare, ut idolum Laurretanum stabi-  
 liant, templum illud uirgini Laure-  
 tanæ sacrum, uel certe habitatio-

b      nem

nem in qua Virginis simulachrum  
continetur, ab ipsis Apostolis fuisse  
consecratum? hoc enim dicitant.  
Videte quæso, quāmparum sibi cō-  
stent istorum sententiæ ac narratio-  
nes. Quod argumento certissimo  
esse potest, eorum doctrinam esse  
uanam, & cōmentitiam.

Tandem, inquit, ea celebritate  
Iubilei, uoluisse hoc templum de-  
corare, quoniam in eo esset picta  
Christi Seruatoris imago, quæ ul-  
trò ipsa toti populo apparuisset. Et  
hæc manifesta uanitas & mendaci-  
um est. Nam pictæ imagines nul-  
li unquam mortaliū apparuerunt:  
quamuis imago & effigies Seruato-  
ris Christi uiua & uera frequenter  
sanè nō apparuerit modò, sed etiam  
sculpta atque impressa fuerit in cor-  
dibus atque animis fidelium electo-  
rum, non item carnalium, & impí-  
orum hominum.

Audite blasphemiam horribiliō  
rem.

19

rem. Affirmat iste Clemens, se uel-  
le in hoc suo Iubileo distribuere me-  
rita & sanguinē Christi, cuius alio-  
qui sanguinis meritum, nemo con-  
sequi potest, ( sicut ille falso opina-  
tur ) per fidem in Christum, necq;  
alia ratione, nisi se Papa distribuen-  
te, & sua quasi manu, cuicunque  
uolet ipse, applicāte. Præterea hoc  
adiungit, se quidem uelle donare  
plenam remissionem peccatorum,  
non quidem omnibus, sed ijs tantū  
qui Romā uenerint quinquagesi-  
mo quoque anno, & illam quidem  
haustam non tantum ex meritis  
Christi, sed etiam ex meritis diuæ  
Virginis, & aliorum sanctorum,  
quasi Christi merita parū sufficiant  
ad conferendā salutē credentibus,  
etia ab aliquo episcopo Romano  
essent distribuenda. O blasphemias!  
O infidelitatem! Itaq; frater charis-  
sime etiam atq; etiamtib cogitandū  
cēso, quomō in graui causapruden-

ter sentire, deçp tantis reb. rectum iudicium facere oporteat. Quis enim usque adeò est communis sensu destitutus, ut arbitretur uel uerum, uel etiam uerisimile esse, æternum patrem nobis unigenitum filium suum tradidisse, eum, que ligno crucis & sanguinem profundere, & mortem ignominiosam nostra causa sustinere uoluisse, ut nostra delicta ipsius sanguine mundarentur, nosque ipsi per eius mortem à seruitute ac tyrannide mortis atque inferni liberaremur, si tantam diuinæ largitatis erga nos benevolentiam per uiuam fidem apprehenderemus, certaque cordis nostri fiducia in hac promissione diuina, in hoc lauacro, atque in hac liberatione acquiesceremus: neqz tamen eandem ipsam Dei beneficentiam in animis nostris utillem et efficacem sentire posse, nisi alicui Romano episcopo libitum sit eam nobis

21

nobis sua quasi manu donare?  
O' audaciam.

Præterea & illud cogita, & prudenter ex uerbo Dei iudicium facito, quod isti Romani audent asseuerare. Cum enim remissio peccatorum, fides, atque ipsa uita æterna sit donum Dei merum, nullis unquam hominū actionib. aut meritis conquisitū, isti homines affirmat se non solū meritis suorum operum posse explere legem Dei, sibiq; in cœlū aditum suis actionib. patefacti, sed bonam insuper meritorum portionē, supra id quod debent, de suo augere quæ ab ipsis merita super erogationis uocantur, quorum Pa pacustos sit & conseruator, eaçq; tenet in arca thesaurorum ecclesiæ conclusa, ijs tantum distribuenda, qui & Romam uenerint, & non nisi constituto tempore, quandocunque & quomodo docunque illi uisum erit arcam referare.

b 3 Proin

Proinde, mi frater, denuò tecum  
hortor, ut restanti momenti dili-  
genter & serio consideres, neque  
patiaris in causa tam graui cæco im-  
petu, uulgi more desipientis, huc &  
illuc, incertis sensibus. circumferri.  
Agituren im negotium grauius, &  
magis arduum, quam ullum po-  
test existere in rebus humanis. Agi-  
tur salus animarum nostrarū, quas  
nonnulli cœlo eripere, deç pecto-  
ribus nostris, suis quasi cruentatis  
manibus euellere conantur, dum lu-  
cem clarissimam doctrinæ cœlestis  
audent obscurare: & pro oraculis  
Dei sua somnia & imposturas mise-  
ris hominibus suspicienda, & si ita  
uultis, adoranda quoç proponūt.

Sed redeo ad historiam Iubilei, cu-  
ius uarietates & transformationes  
nondum sunt expletæ. Sequutus  
est Papa Paulus secundus, homo  
ualde leuis, qui, ut alias quasdam  
maculas, quib. notatus erat, specio-

so aliquo fuso palliaret, & ambitione, qua infestantur isti, commotus, reduxit hoc sanctum Iubileum ad annos uigintiquinque: repudiata eorum sententia, qui intra annos quinquaginta celebrari semel tantum uoluerunt. Huius opinionem confirmauit Sixtus, qui in Pauli locum præcedentis successit. Ac mirum sanè uideri queat, quomodo isti duo eandem sententiam retinere uoluerunt, in re præsertim lubrica, & ueratili: quanquam satis est utcūque ab alijs duobus dissensisse, & à Bonifacio, qui anno centesimo: & à Clemente, qui anno quinagesimo, Iubileum edici constituit. Nec tamen hæc mutatio in annum uigesimumquintum, stabili potuit, sine nouis legibus Constituunt enim, non solum uisenda esse limina Petri & Pauli, sed templū quoque diuæ Mariæ maioris frequētandum. Atque hic sanè adiungunt

b 4 præclara

præclarum decretum. Dicunt sine  
 dispendio animarum fieri non pos-  
 se (at ego arbitror eos dicere uolu-  
 isse, sine dispendio crumenarū Ro-  
 manēsium, præsertim cauponum)  
 ut in alijs ullis regionib. quām diu  
 durat Iubileum Rom. uel plena-  
 riæ, uel certæ ullæ distribuantur cō  
 donationes. Ac proinde reuocat  
 omnes toto orbe terrarū, quas ille  
 uocat indulgentias, easq; Romæ,  
 & à Romanis tantum, & peti, &  
 distribui iubet. Neq; uult integrī an-  
 ni spacio, alio in loco esse remissio-  
 nem peccatorum. Ac ego sanè ar-  
 bitror, illorum quoq; iudicio, reu-  
 cari, aut suspendi etiam Christi ser-  
 uatoris condonationem, quæ alio-  
 qui est & esse, debet, per omnes fi-  
 nes terræ perpetuissima, uelint ipsi  
 aut nolint. Quid autem periculi es-  
 set (uellem mihi respondeat aliquis  
 Papa, uel ex adulatoriis eius quis-  
 piam) si eodem tempore, per totū  
 orbem

orbem Christianum proclamare.  
 tur à peccatis liberatio: ( ut maxi-  
 mè hoc falso largiamur, eam à Pa-  
 pa posse donari ) Quinetiam cu-  
 perem hoc mihi, si posset, aliquis  
 eorum declararet, quamobrem Pa-  
 pæ Romani ( si tamen hoc possunt  
 efficere ) nō habeant portam regni  
 cœlorū perpetuò patentem : quā-  
 obrem non concedunt sine inter-  
 missione, hoc Iubileum : quamob-  
 rem non annūciānt omnibus homi-  
 nibus peccatorū remissionem : At  
 ego dicam causam, sicut ego arbi-  
 tror, uerissimam. Qui ueritatem  
 Euangeli pro sua uirili sibi oppu-  
 gnandam atq; opprimēdam, impie-  
 tates uerò suas, ac depravatam do-  
 ctrinam defendendā ac stabiendā  
 proposuerūt, omnem rectē iudican-  
 di uim, totūq; pietatis sensum iusto  
 Dei iudicio, propter suā impietatē  
 amiserunt: atq; ita solent fraudes  
 ac impietates sine fine cumulare,

b 5 donec

donec tandem ad extremum malorum prolabantur : quemadmodum huic Sixto cum suis accidisse uidemus.

Iam si lubet audire, paucis ego uerbis modo explicabo, quod nā sit nostrum uerum Iubileum, qua nostra delictorum condonatio perpetua, & securissima.

Iam primum satis constat, in ueteri Testamento institutam fuisse, quinquagesimo quoq; anno Iubilei celebritatem in qua edito tubæ clangore, & quies populo, & publica libertas edicebatur. Sed hic annus quinquagesimus, & haec Iubilei celebritas erat nihil aliud, quam figura futuri tēporis, in quo erat uenturus filius Dei, suoq; aduentu et sanguine liberaturus genus humanum à seruitute peccati, diaboli, & inferni: ac tandem donaturus credentibus, æternam quietem, & ueram conscientiarum consolatio.

27

solationem. Venit igitur Christus,  
expleto iam tempore ab æterno pa-  
tre constituto: editus est tubæ clan-  
gor, cum ab angelis prænuntiantib.  
aduentatem liberatorem, & canen-  
tibus gloriam Deo in cœlis, & ho-  
minibus in terra pacem ac læticia:  
tum etiam à Ioanne anteambulone  
concionate, Instat regnum ccelorum:  
postremò quoq; ab ipso Christo li-  
beratore nostro, cum ait, se quidem  
uenisse ad liberandum eos, qui sub  
imperio carceris atq; umbra mortis  
captiui tenebantur, ad explendum  
uaticinium prophetarum, illustran-  
damq; umbram & figuram illius  
anni decantati, Dominoq; gratissi-  
mi. Audi frater ipsius Iesu Christi  
uerba, atq; tubam, qua electis suis  
æternum lumen proclamat: Spi-  
ritus Domini super me, propter  
quod unxit me, euangelizare pau-  
peribus misit me, sanare contritos  
corde, prædicare captiuis remissio-  
nem,

nem, & cæcis uisum, dimittetrem  
fractos in remissionē, prædicare an-  
num Domini acceptū. En tibi de-  
claratam atq; illustratam ueteris lu-  
bilei figurā atq; umbram. Reliquæ  
omnes quæ de remissione peccato-  
rum ab imp̄js quibusdā Sophistis  
nugæ scribūtur, certis locis, certisq;  
temporibus, sunt repudiandæ, atq;  
explodendæ. Itaq; Christus non  
multo post huius lœtissimæ tubæ  
sonitum, ascendit crucem, fundit  
sanguinem, uitamq; ipsam pro sa-  
lute generis humani profudit, cu-  
ius uictimæ innocentis morte, æter-  
num suis electis Iubileum, & con-  
donationem peccatorum omnium  
perpetuam sempiternamq; compa-  
rauit. Qui ergo præditus est uera et  
uiua fide, qui meritis unius Christi  
nititur, quiq; plena cordis fiducia  
in Christo ipso liberatore nostro re-  
cumbit, is demum uerè particeps  
& consors efficitur diuinæ naturæ,  
et in

& in omni tempore ac loco, sine  
 intermissione consequi poterit hoc  
 incomparabile Iubileum, & hanc  
 peccatorum condonationem uni-  
 uersalissimam. Hoc tantum Dei  
 beneficium, quisquis es fidelis, po-  
 tes inquam apprehendere fide, tu-  
 umq; proprium in aeternum effice-  
 re. Nec iam opus est, ut peccatorū  
 condonationem, salutemq; anima-  
 rum ab impijs hominibus, Bonifa-  
 cio, Clemente, Paulo, Sixto, neq;  
 ab alijs similibus petamus, qui præ  
 textu religionis uoluerunt suis im-  
 posturis dementare mundum, por-  
 rigentes ueniam delictorū in char-  
 ta scriptā, duasq; portas in muro ec-  
 clesiæ diuī Petri frangētes ad tubæ  
 clangorē( hoc enim solent ) & qui-  
 dem præfinito tempore, ac certo  
 quodam loco. Haec sunt fabulæ at-  
 que imposturæ, eorum qui hac spe  
 ciosa imagine, quæ cadit in oculos,  
 percellere animos imperitorum uo-  
 luerunt.

Iuerunt. Legite quæso conciones  
Pauli, Petri, Ioannis, & reliquo-  
rum Apostolorum: in quib. uide-  
bitis, nunquam aliud eos uel cogi-  
tasse, uel prædicasse Iubileum, aut  
condonationem delictorum, quam  
sanguinem filij Dei, cuius meritum  
ac beneficium per fidem in ipsum  
Christum, sicut paulo antè dixit, ap-  
prehendimus. Hoc nostrum & ue-  
rum est Iubileum, hæc nostra pec-  
catorum condonatio. Illud quoq;  
literis Pauli proditū legimus, uenit  
se quidem tempus Deo gratum, di-  
esq; salutis. At cum hoc dicit, nihil  
aliud intelligit, quam aternū illud  
& uerum Iubileum, editum ac pro-  
mulgatum à summo pontifice no-  
stro Christo innocentissimo. Neq;  
somniauit unquam de Iubileo Ro-  
mano, instituto à quopiam Boni-  
facio scelerato, & peccatorum for-  
mis penè, innumeris deformatissi-  
mo, quisquis præstigijs uno qualis  
men-

31

mēto eripit nobis ē manib. atq̄ occū  
lis res ueras & diuinās, ac in earū lo  
cum, tanq̄ praestigator peritus, sub  
stituit sua somnia & uanitates. Præ  
tera uidete quid iam inde ab initio  
factitarint ueteres & puriores Eccle  
siæ, nō modò illæ primū nascentes,  
cum prædicationep Aostolorū exo  
rietur lux Euangelij: sed longo eti  
am tempore pōst, cum nondū esset  
tot fraudibus atq̄ imposturis inqui  
nata puritas cœlestis doctrinæ. Cer  
tè constat Ecclesiam eam antiquio  
rem, noluisse unquā onerare mise  
ras hominū conscientias supersti  
tionib. Iudaicis Iubileorum, ut præ  
textu istarū nugarum æterna Chri  
sti ueritas obliuionī traderetur.  
Sicut certè perspicuum est, homi  
nes uenisse in obliuionem doctri  
næ Dei, dū occupati sunt obseruati  
one imposturarū humanarum. Ex  
perientia ipsa nos docuit, hoc esse  
nō minus uerū, quam deplorandū.

Ac

Ac ego paulo ante declarauī, ante annos duntaxat ducentos, extitisse Bonifacium quendam, hominem scelestum, atque impium, qui spiritu diaboli commotus, primus omnium excogitauit nouum istum Iudaismum, & ausus est symbola & umbras ueteris testamenti, pro rebus ipsis, quas nunc habemus, populo Christiano proponere: ac si Christus nondum uenisset in mundum, suaq[ue] luce ac doctrina illuistrasset mentes credentium.

Verūm audi obsecro. nam tibi plane ostendam, in ipsissimē pontificijs libris scriptum esse, non licere amplius post aduentum Christi & gratiæ ipsius manifestationem renouare, in uehere in Ecclesiam figuratas atq[ue] umbras ueteris instrumenti. Hæc q[ue] modò tibi ob oculos pono, sunt uerba Decreti, distinct. i II. c. sextam. Antiquis figuris, et umbris & ad ueritatis præfigurationem sanctæ

sanctæ Ecclesiæ traditis ualedicentes, gratiam, & ueritatem præferimus. Itaq; si illi boni viri hoc in eorum Canone affirmant, cur uolunt nos rursum ad figuræ, & iudaïcum, suis lubileis retrahere? Quid hic poterunt respondere contra autoritatem libri, quem illi nobis ueluti sacrosanctum solent obijcere? Sed eant, & uideant etiam X 11. q. 111 cap. Gloria, ubi similem sententiam inuenient, nempe in hæc uerba: Neq; uero mihi aliquis opponat diues in Iudæa tēplum, mensas, lucernas, thuribula, patellas, scyphos, mortariola, & cætera ex auro fabricata. Tunc hæc probantur à Domino, quando sacerdotes hostias immolabant, & sanguis percutum erat remissio peccatum: quæ omnia præcesserint in figram. Scriptum est enim propter nos, in quos fines seculorū deuenerūt: nūc uero quum paupertatē domus suæ,

c pauper

pauper Dominus dedicauit, portem  
 crucem, & delicias lutum pu-  
 temus. Nonne hic audis eorum con-  
 fessiones, uidelicet non esse oppo-  
 nendum & obijciendum nobis, id  
 quod Iudei facere aliquando con-  
 sueuerunt. nam illa longe alia erant  
 tempora. Tunc sanguis pecudum  
 erat remissio peccatorum, tunc um-  
 bræ, tunc figuræ pingebantur, quæ  
 sunt omnes adimpletæ, & deletæ  
 Christi sanguine. In summa, hi Pa-  
 pæ uidentur mihi uralde similes ui-  
 ro fatuo, cui domi esset cellarium  
 plenum optimo uini genere, atq;  
 etiam horreum frumento plenum:  
 quæ duo sunt ad hominis uitam  
 nutriendā, & sustentādam in primis  
 opportuna. & necessaria. & tamen  
 his neglectis ille imprudēs uir man-  
 deret cotidie, & ruminaret pale-  
 am, & uinaceas, quæ solent esse  
 brutorum animalium pabula. Ita  
 prorsus seres habet, Nam Iesus  
 Christus

35

Christus filius Dei uentilabro, &  
torculari crucis, expressit nobis uin-  
demiam, & prouentum gratiae &  
Euangelij longe uberrimum, sepa-  
rauitque ueritatem à figuris, & um-  
bris. Atq; hæc ipsa ueritas, hæc gra-  
tia, hoc Euangelium, proprius ci-  
bus est, quo nutriuntur, sustentan-  
tur, & magna læticia explentur ani-  
mi electorum & fidelium. Papæ ue-  
rò, carnales, hypocritæ, qui sane  
hebraicum habent animum, negle-  
cto Euangelij cibo suauissimo, uo-  
rant ipsi, & alijs uellent obtrudere  
ad uorandum, illas ueluti paleas,  
& uinaceas. At filij Dei, qui diuites  
facti sunt ob Euangelij, quem con-  
secuti sunt à patre cœlesti, thesa-  
rum prorsus contemnent Iubileum  
hunc Iudaicum, inanem, falsum: il-  
lumque relinquent filijs tenebrarum,  
atq; Hebræis obstinati seruādum,  
quando ita uolunt, & ueritatem &  
lucem contemnunt, & persequun-

c 2 tur.

tur, & profectò cum tanta illorum pertinacia, & cæcitate, nō sunt alio cibo digni quàm eo ipso, quo solēt bruta animalia uesci uescantur, ualeant, facessant à nobis.

Iam uero, si uoces Phariseorum hic audiamus, habent perpetuò in ore horrendam illam blasphemiam quam sine fine iactare solent: Esse quidem uerum, Christum dedisse hominib. remissionē peccatorum, sed non integrā, aut undequaque perfectam: condonasse cum sane culpam (sic illi loquuntur) sed non pœnam: ac proinde necessum esse, Bonifaciū, aut Papam aliū quem cunq; existere (tantidē enim referre statuunt, siue pius ille sit, siue impius) qui expleat de suo, quod non potuit, aut quod non uoluit donare Christus. Hanc itaq; dicunt esse causam instituti Iubilei, ut qui ualent eo anno Romam proficisci, possint à Papa etiam sceleratissimo obtine-

37

obtinere, quod <sup>37</sup> alioqui sanguine  
ac morte filij Dei, domi obtinere  
non potuerunt. O' impudentem  
audaciam & blasphemiam & cæ-  
citatem. Hoc nimis est, extol-  
lere se supra omnem potentiam di-  
uinam, sicut scriptum est de filio il-  
lo perditissimo, & blasphemia ab-  
ominanda. Hoc est, uelle stabili-  
re, tanquam Luciferum, solium &  
potentiam suā supra Deum ipsum.  
Qui enim uult de suo explere quod  
in Christo defuit, necessum est hunc  
esse Christo superiorem. Hoc est  
uerē accusare Christum, aut liuo-  
ris, qui non uoluit: aut imbecillita-  
tis, qui non potuit, tanta sui sanguini  
effusione, aut morte quoque ipsa  
præstare hominibus. solidam atque in-  
tegram condonationem delicto-  
rum, etiamsi ab istis sceleratissimis  
Bonifacijs aut malefacijs non pete-  
retur. Hoc denique est, Petrum &  
Paulum contumelia afficere, eosque

coarguere uanitatis, aut negligē-  
 tiæ, aut ignorationis, qui nullum  
 unquam Iubileum in suis Eccle-  
 ijs stabilire uoluerunt, aut Hiero-  
 polymis, aut Antiochiae, aut in Ec-  
 clesijs Græcis & Italicis, unde ex-  
 plere potuisset populus peccatorū  
 remissionem eam quam Christus  
 illis non praestitit. Sed pudendum  
 est de re tam leui, & manifeste im-  
 pia, tam multa uerba profundere.  
 Illud autem scire oportet, naturam  
 & consuetudinē Phariseorum pror-  
 sus talem esse, quæ nolit obserua-  
 re, quid Christus fecerit ac docuerit,  
 aut quid in literis propheticis etapo-  
 stolicis scriptum reperiatur: aut in  
 illis ueteribus autoribus, qui illā ip-  
 sam prophetarū, Christi & aposto-  
 lorū doctrinā sunt secuti. uerū  
 solēt leuiculas, & falsas nescio quas  
 res, ac non multo ante in ecclesiam  
 inuectas, atq; his potissimum tem-  
 poribus, quibus maiores tenebrae,  
 & densio-

39

& densiores caligines supra hominem  
ingenia incubuere, ( qualia  
fuere inter alia, Bonifacij tempora)  
mordicus tueri, & defendere, & ad  
eas stabiliendas uiolenter contor-  
quent & adulterant scripturas, an-  
xieque in ueteri scriptis aliquod uer-  
bulum explicantur, quod forte contra  
perpetuam Euangeli normam  
exciderit, uel quo impropriè ipsi  
autores aliquando usi fuerint. Hæc  
enim spectant illi boni uiiri, atque ex  
his solent noua dogmata, speciosa  
quadam hyprocriti ad fallendos sim-  
plicium uirorum & muliercularum  
oculos concinnare. Quæ postea fer-  
ro, & igni, & nullo non crudelita-  
tis genere uolunt defendere: inte-  
rimque sicut Pharaones iubent truci-  
dari primogenita, ne possit auge-  
ri semen Dei, à quo sibi uehemen-  
ter timent. est enim illis ex eorum arti-  
ficio ( quemadmodum Ephesi erat  
Demetrio, alijsque artificibus statua-

c 4 rum)

rum) quæstus multo uberrimus, ex quo sibi honores, commoda, delicias parat prorsus Epicureas. Oremus Deum pro illis. Tu uero mi frater, quando iam a me accepisti ueram libilei rationem, maneto domi, neque uenientum esse putas ad illam Babylonem, ut in ea inuenias remissionem peccatorum, quam certè nunquam ibi es habiturus: neque fortassis etiam eam frequentiam hominum in hoc tempore uisurus, quæ olim solebat Romanam istarum nugarum causa commeare. Mundus enim paulatim per Dei gratiam, cœpit aperire oculos, ac in tanta luce (Deo sit gratia) doctrinæ, æquum est, te quoque intendere mentis aciem, & uidere quod in hoc tempore pauci non uident. Noli hac tanta contumelia Deum afficere. Agnoscas te Christi sanguine semel redemptum, non oportere in synagoga Phariseorum quærere

quærere salutem, quam illi falso pro  
mittunt, manifesta contumelia Dei  
& animarū deceptione, Christum  
ipsum prostituentes. Noli contem  
nere donum Dei, quod habes do  
mi tuæ, atq; adeo intra te ipsum, san  
guine filij Dei comparatum, & tibi  
per fidem in eundem liberatorem  
nostrum promissum. Vale, Basileæ,  
Cal. Decembris. Anno Domini

M. D. X L I X.

MARTINI BORRHAI DE  
ortu, natura, usu atq; discrimine eorum lu-  
bileorum quos Deus instituit, quidq; inter  
hos & falsos ab aduersario confictos  
intersit, Explicatio.



Vum hoc quinquage-  
simo anno permultus  
ubiq; & uarius ab om-  
nium ordinum homi-  
nibus de Iubileo ha-  
beatur sermo, alijs hunc annum su-  
cepta Romam profectione cele-  
brandum esse arbitrantibus, alijs  
ea de re dubitantibus: nonnullis  
postremò Romanū Iubileum cum  
Christiano pugnare contendenti-  
bus: uisum nobis est, quid in uniuersi-  
tate de Iubileis sentiendum sit, hoc  
scripto indicare: ut & ueritas ipsa  
clarius patefiat, & aduersarij error  
de commencitio Iubileo firmius re-  
sellatur. Hoc autem quo commo-  
dius à nobis fiat, cognoscendum  
primò

43

primo erit, unde nomen Iubileus  
traxerit: deinde, quot Iubileorum  
genera sint, quicq; eorum ortus,  
natura, & usus. Demum ij refellen-  
di, qui falsum Iubileum, cum ma-  
gna iniuria Christi, & fraude pio-  
rum hominū excogitarunt. Singu-  
la ordine & summatim hunc in mo-  
dum perstringemus. Quod atti-  
net ad uerbū ac uocabulū ipsum, Ju-  
bileus ab Hebræa uoce יובל, quod  
arietinum cornu sonat, ductum est,  
cuius clangore iubilis annus apud  
Hebræos edicebatur. Primum igi-  
tur genus Iubileorum Hebræis in  
usu fuit, alterum à Christians fre-  
quentatur. De origine & usu prio-  
ris generis, his uerbis Moses in  
Leuitico monet: Et numerate sep-  
tem annorum sabbatha, id est, an-  
nos septies septem, quib. anni qua  
draginta nouē conficiuntur: tumq;  
clangore tubæ, decima mensis septi-  
mi die, quæ propiciatoria dies est,  
edito,

edito, annum illum consecratote,  
annum inquam quinquagesimū, li-  
bertatemq; per terram omnibus in-  
colis edicitote. Ex hoc scripto pri-  
mò intelligimus, Iubileum ex qua-  
drato septenario, qui plenæ remis-  
sioni propitiationiq; sacratus nu-  
merus est, conflatum fuisse: dein-  
de, eum emissō tubarum sonitu, in  
omnibus Israélitarum finibus de-  
nunciari solitum, quò proposita li-  
bertatis & remissionis, tum noxx,  
tum seruiliū onerū beneficia  
cognoscerentur. Atq; is erat præ-  
cipuus Iubilei Mosaici usus, qui tri-  
bus in rebus uersabatur: in restituta  
libertate, in nominū ac debitorum  
remissione, demum in reditu ad  
gentilitatem & pristinas possesso-  
nes. Hoc primum genus Iubileo-  
rum est, quod Hebraicū fuit à Mose  
institutum. Alter uero Iubileus est,  
quem Christus, ut ex mortuis ad  
amplitudinem paterni regni eue-  
ctus

Etus est, sanciuit, & per Apostolos  
 in omnes nationes diuulgauit, de  
 quo his uerbis apud Iesaiam uatem:  
 Ut denunciarē captiuis libertatem,  
 misit me. Quales autem hic capti-  
 ui, qualisq; libertas accipiatur, ea  
 de remox monebitur. Atqui quò  
 utriusq; Iubilei uis ac natura plani-  
 us intelligatur, alterum cum altero  
 hunc in modum conferre licebit.  
 In Leuitico Iubileo, umbra, nō res:  
 imago, non ueritas: litera, non spi-  
 ritus, spectabatur: qui nimirum à  
 Mose ministro literæ fuerit. In alte-  
 ro ueritas cernitur, ut quem Chri-  
 stus instituerit, de quo Ioānes: Gra-  
 tia & ueritas per Iesum Christum  
 exorta est. Veritas autem hic intel-  
 ligitur, ut opponatur nō mendacio,  
 sed ueteris testamenti umbris ac fi-  
 guris. Secundò, Mosaicus ijs qui  
 ex carne sunt Israelitæ: Christianus  
 Israelitis ex spiritu, id est, omnibus  
 scriptis in libro uitæ ac fidelibus tra-  
 ditus

ditus est, in quibus neq; Iudæus,  
 neq; Græcus, neq; mas, neq; foemina,  
 neq; seruus, neq; liber, sed noua  
 creatura in Christo nouo & cœlesti  
 homine, locum inuenit. In hoc au-  
 tem homine locum inueniūt, quo  
 t ueteris hominis spiritu, hoc  
 est, depravata ratione & naturali in-  
 telligentia non reguntur, sed Dei  
 spiritu gubernātur, qui preciosi san-  
 guinis & sacrosanctæ carnis filij Dei  
 uiuentis sp̄ritus est. Tertiō, Mo-  
 saicus Iubileus buccinarum sonitu  
 in angustis Chananeæ finibus edi-  
 cebatur: noster, tubarum Euange-  
 licarum clangore in toto terrarum  
 orbe edicitur, de quo eius autor à  
 resurrectione sua his uerbis: Ite in  
 uniuersum orbē, & prædicate Euan-  
 geliū omni creaturæ, similiter uates:  
 In omnem terrā exiuit sonus eorum,  
 qui sonus nō est humanæ, sed cœle-  
 stis doctrinæ atq; legis sonus, de qua  
 lege uates: Ex Ziō exhibit lex, & ora  
     cula

47

cula de Hierosolyma. At uero <sup>is</sup>  
clangor sua spacia habet, ac inter-  
ualla. Initia Apostolicæ conciones  
habuerunt, quæ usq; ad profanati-  
onem spiritualē templi ac loci sancti  
durarūt, de qua profanatione Apo-  
stolus in altera, quam ad Thessalo-  
nicenses scripsit, epistola: Ne quis  
uos decipiatur ullo modo, quoniam  
non adueniet Dominus, nisi dese-  
ctio uenerit prius, & reuelatus fue-  
rit ille scelerosus, filius perditus, qui  
est aduersarius, & effertur aduersus  
omnē qui dicitur Deus, aut numen  
adeo ut in templo Dei se deat. Ut  
autem in tēplo Dei iam multis an-  
nis federit, reuocatum ex profun-  
dis tenebris Euangelium manifeste  
indicit. Huius enim luce patefa-  
ctum est, ut aduersarius omnem di-  
uinā ordinationem euerterit: Oe-  
conomicam, prohibitis matrimo-  
nijs, & concessa quavis turpissima  
libidine: Ciuilem, negata magistra-  
tibus

tibus obēdientia: Ecclesiasticam,  
sublato Euangelio, & eius cultori-  
bus execratis. Media autem tem-  
pora cōtinet salutis Israēlitis & gen-  
tibus promissæ, clarissima patefa-  
ctio toto terrarū orbe edendo clan-  
gore, de quo Dominus apud Euan-  
gelistam: Prædicabitur hoc Euan-  
gelium omnibus gentibus, in testi-  
monium. Huius lóbilei uocem pīj  
hodie cum magna sua salute, impīj  
uerò cum interitu incipiunt percī-  
pere: idq; in nō leui temporum dif-  
ficultate, in qua ut impleantur ua-  
ticinia prophetarum, cœlestis Hie-  
rosolyma restaurāda, & filij perditi  
ex abyssō & terra orta ciuitas, quæ  
magna illa Babylon est, destruen-  
da erit. Finis uerò, cum restituta  
corporum integritate per resurrecti-  
onem ex mortuis, electi in cœleste  
regnum transferentur, euocati per  
iubilē Archangeli tubam, de qua  
Apostolus: Quondam ipse Domi-  
nus

nus cum hortatu & uoce Archangelī, & tuba Dei descendet de cœlo. In quo restorationis omnium quæ in cœlo & terra continetur Iubileo, canetur illud Prophetæ: Absorpta est mors in uictoriā: ubi tua inferne uictoria: Beati qui huius Iubilei participes sunt. Quar to, in Leuitico Iubileo publica peccatorum expiatio atq; condonatio celebrabatur. cadebat enim is in decimam septimi mensis, quæ propitiatoria erat, diem. sicut supra indicatum est his uerbis: Decima mensis septimi die clangorem edito. Hoc autem die, ut delictorum expiatio facta sit, declarat illud in eodē Leuitico: Decimo die mēsis huius septimi, dies expiatorius erit celeberrimus. Christianus Iubileus ut propitiatorius sit, legitur in Actis: Huic omnes prophetæ dant testimonium, quod remissionem peccatorum accepturus sit per nomen d eius,

eius, quisquis crediderit in eum.  
 Hic ostenditur ueri Iubilei autor,  
 qui Christus est, regalis sacerdos,  
 & cœlestis pontifex, nō angeli, non  
 ulli in terra homines quamlibet san-  
 ctū, multo minus Bonifacij malefici,  
 & Clementes inclem̄tes. Osten-  
 duntur etiam, qui remissionis cri-  
 minum sunt consortes, hos esse cre-  
 dentes filio, nō decreta aduersarij  
 profitentes, non iusticiæ operum  
 suorum, non meritis suis fidentes.  
 Et ut propitiatio in Mosaico Iubi-  
 leo nulla siebat sine sanguine: ita in  
 noui foederis Iubileo peccatorum  
 expiatio conficitur, non brutarum  
 pecudum, sed cœlestis agni sangu-  
 ne, quo animi electorū aspersi, sen-  
 tiunt quid istud uatis uelit, Beati-  
 quorū remissa sunt peccata. Quin-  
 tō, in Leuitico Iubileo non erat ius  
 appellandi & exigendi nominat: in  
 eo iubili anno quem Christus pro-  
 mulgat, quoq; sauo exactori Sata-  
 na

51

næ ius ac potestas nulla fit, durius  
debita exigēdi. Debebamus nosilli  
corpora, animos, uitam: eramus  
mortis & potestatis tenebrarū mi-  
serrima mancipia: eramus toti in  
nexu inferni, intra portas eius fer-  
reas inclusi. At ab hoc crudelium  
nominum durissimo iure sumus li-  
berati per eum qui in peccatū, mor-  
tem, & infernum, imperium habet.  
Nam pro nobis persoluit precium,  
is de quo Iesaias: Vulneratus est  
propter iniquitates nostras, attri-  
tus est propter scelera nostra. Pec-  
catores ergo in hoc Iubileō locum  
tenent, iusti non item. Sic enim Do-  
minus dicit: Non ueni propter iu-  
stos, sed propter peccatores, aduo-  
candos eos ad pœnitentiā. Disce-  
dāt igitur hypocritæ longius, cum  
Pharisæo illo arroganter de se præ-  
dicantes: Deus gratias ago tibi,  
quod nō sum sicut cæteri homines,  
raptores, iniusti, adulteri. Quales

d 2 sunt

sunt omnes, qui spreta ea ratione  
 soluendi æs alienum, quæ in filij fi-  
 de cernitur, nouam querūt, & eam  
 inanem, quæ in sale, oleis, uestitu,  
 templis, aris, misereç̄ consutis Mis-  
 sis uersatur. Accedant contrā, qui  
 cum publicano pectus concutien-  
 tes orāt: Deus propitius esto mihi  
 peccatori. Sextō, in utroq; Iubileo  
 libertatis restitutio, soluto seruitu-  
 tis iugo cernitur. in Mosaico enim  
 Iubileo, qui antea seruierant, in ser-  
 uitutem uenditi ob rerum angusti-  
 am, in Libertatem quinquagesimo  
 anno asserebantur, ut in Leuitico le-  
 gitur: Libertatemq; omnibus inco-  
 lis edicito. In Christiano Iubileo re-  
 stitutio libertatis consideratur, de  
 qua illud Apostoli: Vbi spiritus,  
 ibi libertas. Vbi spiritus inquam  
 Christi, qui spiritus adoptionis fili-  
 orū Dei spiritus est, uerē nos liberos  
 reddens à iure seruili, de quo illud:  
 Qui eripuit nos è potestate tenebra-  
 rum,

53

rum, et transtulit in regnum filij sibi  
dilecti. item: Nam lex spiritus uitæ  
per Christum Iesum, liberum me  
reddidit à iure peccati & mortis.  
O' fratres, quām præclarū donum  
Dei est hæc liberatio, quām am-  
pla patrī benignitas, qui ut sic uin-  
dicaremur in libertatem, unigenæ  
filio non pepercerauit. O quām præ-  
stantia merita filij, qui mori susti-  
nuerit pro peccatoribus, ut his iusti-  
ciam & uitam daret. Intelligimus  
autem ab hoc ipso nos absolutos,  
cum sentimus nobis peccata, in  
quæ uenundati fueramus, nocere  
amplius non posse, & mortem in  
uitam, iram in gratiam conuersam  
esse per reconciliationem, qua fili-  
lius nos patri reconciliauit per san-  
guinē suum, dato libertatis spiritu,  
de quo Apostolus: Emisit Deus  
spiritum filij sui in corda nostra, cla-  
mantem Abba pater. Itaq; iam non  
es seruus, sed filius. In hoc igitur Iu-  
d 3 blico

bileo locum non habent, qui Christi spiritu carentes, aduersarij spiritu, qui serpētis ueteris spiritus est, & mundi, feruntur. ut sunt primō oēs, quos his uerbis taxat Apostolus: Quomodo conuertimini de nūd ad infirma & egena elementa, quib. iterum ab integro seruire uultis? Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Deinde quot, quot subdubitantes de beneuolentia Dei patris erga se in filio, doctrinam quae docet nos certos per fidē in filium fieri de promissa salute, ferre reformidant. Hos enim seruilis spiritus agit, non libertatis, de quo Apostolus: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum ad timorem, sed accepistis spiritum adoptiōnis, qui testatur unā cum spiritu nostro, quod simus filij Dei. Tertiō excluduntur ab hoc iubili anno, qui ore profitentes Euāgelium Christi, ueteris Adami carnalia opera per sequun-

55

sequuntur, uitam luxu, ambitione,  
auaritia, libidine, crapula, odijs, in-  
uidia conterentes. Stat enim illud  
Apostoli: Nā affectus carnis mors  
est, in qua seruitus illa ponitur, qua  
liberat nos Iubileus à Christo insti-  
tutus. Nam qui facit peccatum, ser-  
uus est peccati, & mortis, ut Domi-  
nus dicit. Faceant igitur procul  
hinc Epicurei nostri seculi, ore cre-  
pantes Euangeliū, pectore alentes  
Sardanapalos, & uita eos exprimē-  
tes, contra quos his uerbis Domi-  
nus inuehitur: Non quisquis dicit,  
Domine Domine, intrabit in re-  
gnūm cœlorum: sed qui fecerit uo-  
luntatem patris mei qui est in cœlis.  
Postremo prorsus nullum locum re-  
periunt in nostro Iubileo, qui liber-  
tatis uerè iurati apertiqp hostes sunt:  
seruitutē, quæ sub peccato, morte,  
legeqp degitur, gladijs, igne, uene-  
no, fulmine, aquis, dirisqp omnibus  
defendentes. In quorum numero

d 4 bestia

bestia est, cum suis falsis prophetis,  
 quam cornua agni, & draconis os  
 habere, sanctus Ioannes in uiso suo  
 animaduertit. Septimò, in Leuitico  
 Iubileo potestas dabatur redeundi  
 cuiq; ad uenditam possessionem in  
 Chananaea per tribus descriptam:  
 in nostro Iubileo, ad cœlestem hære-  
 ditatem, quæ primorum parentum  
 uitio amissa est, recuperandam per  
 Christum, aditus ac liberum postli-  
 minium aperitur. de qua restitutio-  
 ne Dominus ipse: Venite bene-  
 dicti patris mei, possidete regnum  
 paratum uobis ab exordio mundi.  
 Contraria ratio est eorum, de qui-  
 bus idem Dominus: Discedite à  
 me maledicti in ignem æternum,  
 qui impiorum feralis hæreditas est,  
 in qua, ut Ioannes dicit, habitatio  
 est dæmoniorū, & custodia omnis  
 spiritus immundi: hæreditas, in qua  
 mors & tenebræ regnant. Octa-  
 uò, in Mosaico Iubileo terra sacra  
 ocium

ocium suum & sabbathum celebra  
bat, à satu & cultu libera: at nec no  
stro Iubileo sabbathū suum ac quies  
deest, quo à cunctis laboribus ua  
cet. Sabbathum inquam illud peren  
ne, de quo Propheta meminit: Erit  
sabbathum ex sabbatho. Ut contrà  
sabbatho a requiete locus impijs de  
stinatus, qui infernus est, caret. de  
quorum molestis laboribus uates.  
Impius sicut mare æstuans est. No  
nò, fruges quas Chananæa in Iubi  
li anno sua sponte ferebat, commu  
nes erant omnibus. Si nostrum di  
uinum & cœlestem Iubileum spe  
ctes, in hoc ipso per Christum in  
Ecclesia, corpore illius, omnia sa  
crispiritus munera communia effi  
ciuntur, de qua communione Apo  
stolus: Vnum corpus, & unus spi  
ritus, unus Dominus, & una fides,  
unum baptisma, unus Deus & pa  
ter omnium, qui est super omnia,  
& in omnibus nobis. Hoc itaq; lu  
d - 5 bilo

bileo communicationis honorum,  
quæ in cœlesti regno spectatur, pri-  
uantur ij, de quibus Paulus: Quod  
consortiū Christo cum Belial: aut  
quæ pars fideli cum infidelī: In quo  
numero cōprehenditur primò Dia-  
bolus, peccati, mortis & inferni au-  
tor: deinde eius ministri, tum demo-  
nes, tum impij homines, & eorum  
caput Antichristus, qui nullā com-  
munionem cœlestium honorū cū  
Christo conditore Iubilei huius, &  
cū illius cohæredibus habent.

Hæc de utriusq; Iubilei ortu, na-  
tura, & usu: quorum uterq; à Deo  
originem ducit, uterq; oraculis di-  
uinis confirmatus est, sed ita, ut  
Mosaicus, illius quem Christus insti-  
tuit, superuentu, tanquam tenebræ  
quæ ex orta solari luce disparēt, eu-  
nuerit. Reliquum est, ut de futili,  
inanī, & commenticio illo, quem  
ab hinc ducentesimo & quinque-  
simō anno, pernicioſo conscientia-  
rum

59

rum ludibrio & ignominia ueri lu-  
bilei, pastor stultus de suo exco-  
gitauit, admoneamus. Is sanè neç  
Leuiticus est, neç Christianus, sed  
eius de quo Daniel uaticinatus est:  
Sermonem contra excelsum loque-  
tur, & putabit se posse mutare tem-  
pora & leges. Etenim Leuiticū non  
esse, documēto est, quòd in eo neç  
serui libertati restituuntur, neç aere  
alieno obnoxījs nomina remittun-  
tur, neç agrī ad familiam à qua ue-  
niere, reueniunt: neç terra eo tem-  
pore, quo ille agitur, cultu & satio-  
ne uacans, fruges in communi pro-  
fert. Quod si etiā omnia quae Leui-  
ticus complexus fuit, complectere-  
tur, neç propterea minus uitupe-  
randus esset. Abrogatus enim Leui-  
ticus cum fuerit per Euangelijs splen-  
dorem, à nullo deinceps repeti, re-  
texiç debuit. Firma enim est hæc  
Apostoli sententia: Hęc sunt um-  
bra rerū futurarum, corpus autem

Christi.

Christi. Item: Nam lex umbram  
 obtinens futurorum honorū, non  
 ipsam expressam rerum speciem. At  
 multo minus Christianus fuerit, Ro-  
 manus ille Iubileus. Nam Christia-  
 nus à tempore uulgati Euangeliū  
 per Apostolos cœpit denunciari,  
 & tantiisper durat, dum Euangeliū  
 clangorē suum edit, ad nulla neq; tē-  
 pora neq; loca affixum. Aduersarij  
 uerò Iubileus, et tempore & loco de-  
 finitus cernitur. Tempore quidem,  
 cum aliij centesimo quoq; anno, aliij  
 quinquagesimo, aliij alio tempore  
 celebrandum illum statuerint. loco  
 uerò, qui Romæ ad impetrandam  
 pecuniarum infinitam summā, uo-  
 lui dicere peccatorum ueniam, ad  
 limina Apostolorum institutus sit,  
 contra hanc sententiam Christi: Re-  
 gnū coelorum non uenit cum obser-  
 uatione, uel personæ uidelicet, uel  
 temporum, uel locorum. Item con-  
 tra dictum illud ad Samaritanam:

Mulier

Mulier crede mihi, uenit hora, quā  
do nec in monte hoc, nec Hiero-  
solymis adorabūt patrem: sed uenit  
hora, & nunc est, quando ueri ado-  
ratores adorabunt patrem spiritu ac  
ueritate. At aduersarij Romæ ad li-  
mina Apostolorū propitiationem,  
& peccatorū condonationem quæ  
rendam docent: non animaduer-  
tentes, à Christo regali sacerdote,  
ab elementis mundi, loco, persona,  
temporibus, & cæteris externis re-  
bus libero, & apud patrem uersan-  
te in cœlis, delictorū remissionem  
postulandam esse, ut est apud Ioan-  
nem: Filioli mei, si quis peccauerit,  
aduocatum habemus apud patrem,  
Iesum Christum, iustum. Non dicit,  
Romæ apud pontifices: qui qua-  
les sint, doctrina eorū & uita com-  
probant. Quod si Hierosolymæ, quæ  
à Deo cultui nominis sui destinata  
fuerat, noxæ ueniam, simulatque  
Christus patefactus est, amplius pe-  
tere

tere nō licuit: quāto minus Romā,  
 ubi ex uaticinijs prophetarū, aduer-  
 sarij Christi sedem suam tenet, pe-  
 tere licebit: Præterea in Christiano  
 Iubileo gratia peccatorū fit gratis:  
 in aduersarij, quæstus quæritur, &  
 lucrū: apud quem peccatorū remis-  
 sio, iusticia, cœlum, infernus, con-  
 iugia, sacramenta, sacerdotia, pro-  
 fana & sacra, propter inexplicablem  
 auariciam, uenalia sunt. De cuius,  
 & eorum qui illum ipsum adorant,  
 detestabili cupiditate, uerè prædi-  
 xit sanctus Petrus: Fuerūt, inquit,  
 & pseudoprophetæ in populo, quē  
 admodum & inter uos erunt falsi  
 doctores, qui clam inducent sectas  
 periculosas, etiā Dominū qui illos  
 mercatus est, abnegantes, accersen-  
 tes sibi ipsis celerem interitum, &  
 pleriq; sequentes illorum exitia, per  
 quos uia ueritatis maledictis afficie-  
 tur, & per auariciam fictis sermoni-  
 bus de uobis negotiabuntur, qui-  
 bus

bus iudicium iam olim non tardat,  
 & exitium illorum non dormitat.  
 Hæc Petrus, in hostium Christi au-  
 riciā à se prænūciatam, & his extre-  
 mis temporibus patefactam. Ut  
 itaq; Christianorum Iubileus con-  
 firmatus est uoce angelorum, de-  
 nunciatus tuba Euangeliū per Apo-  
 stolos repletos spiritu sancto, corro-  
 boratus prodigijs ac ostentis ueris :  
 ita filij perditī Iubileus, dæmonum  
 sententia & falsis signis comproba-  
 tus, per eos edicitur, à quibus meri-  
 ta humana pro meritis Christi, iu-  
 sticia coelestis, quæ fide in filium per-  
 cipitur, pro iusticia terrena, quæ hu-  
 manis operibus nititur, tenebre pro  
 luce, elemēta mūdū pro ueris bonis,  
 seruitus misera cōscientiæ pro liber-  
 tate amabili extollūtur atq; ampliū  
 cantur. Ad quam libertatem reparā-  
 dam, quoniam Deus pater pro sua  
 benignitate, inenarrabili, Euangeliū  
 sui æterni suauissimā lucē ex altissi-

ma

ma caligine reuocauit, cuius buccina salutarem clangorē in tota terra emitteret: omni studio & ope elabordum est pijs & electis Dei fidibus, ut discat intelligere, ad ædificandum regnum Christi, & ad destruendum imperium Antichristi, quid illud sit: Exite de Babylone, mætrice illa magna, cum qua scortatis sunt reges terræ, & de cuius scortationis uino biberunt omnes gentes: ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius ne accipiatis: quoniam peruererunt peccata eius usque ad cœlum, & recordatus est Deus iniquitatum eius. Quod ut à nobis fiat, præstet filius Seruator piorum, & iudex impiorum: cui sit gloria in æternum, Amen.

## F I N I S .

Pag. 15. uers. 18. lege, probari 19. penult. tibi 20.  
7. eumq; et 17. certaq; 28. 1. dimittere & 12. fudit  
31. 1. eripuit & 8. Apostolorum 32. 21. Hæc que  
33. 20. peccatorum & 21. figurā 38. 3. ecclesijs 43.  
12. suscepta & 21. commenticio 43. ii. לְזִבְחָל 43.  
14. traditus fuerit 48. ult. Quonianus